

1669.

16. Hundersagen, Pet. Christopherus : *De sanguinio ubi  
fretis excedere dominis occisi ed preser.  
Item homicidie.*

17<sup>1</sup>.<sup>st</sup> Krauss, Petrus Panzerius : *De jure fenestrarum  
2 exempl. 1730 & 1740*

18. Krauss, Petrus Panzerius : *De emptione.*

19. Krauss, Petrus Panzerius : *De regali salvo  
conductus.*

20. Linck, Heinrich : *De sequestratione.*

21. Linck, Heinrich : *De parte domino, legitimo  
et illegitimo.*

22<sup>nd</sup>.<sup>st</sup> Linck, Heinrich : *De incendiis.* 2. edit.

23. Linck, Heinrich : *Fura harrachensis.*

24. Linck, Heinrich : *De causisibus in iudicio  
praestandis.*



1669.

25. Nicolai, Tr. Fridericus : De characteribus perfecti  
potestis ex universali Aristotelis politicae cul-  
lectio.
26. Nicolai, Tr. Fridericus : De minimis et maximis  
civitatis contra sortes politicas.
27. Nicolas, Johannes Fridericus : De autoritate  
legum humanarum.
- 28 Richter, Christophorus Philippus : De reguli h. tra-  
ditionis iure.
29. Richterius, Christophorus Philippus : De modo ex  
aqua et terra contribuendi jacta.
30. Richter, Christoph Philipp : De legali datum hypotheca.
31. Richterius, Christophorus Philippus : De possessione
32. Richter, Christoph Philipp : De desertione  
titis civiles







*Q. D. B. V.!*  
DISPUTATIO JURIDICA  
*DE*

**REGALI SALVI  
CONDUCTUS,**

*Quam*  
Permissu & Autoritate Magnifici,

Nobilissimi & Amplissimi JCtorum Ordinis in Illu-  
stri & Florentissima SALANA,

*PRÆSIDE  
VIRO*

*Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo,*

**DOMINO**

**PETRO PANCRATIO Krauß/**

J. U. D. LONGE FAMIGERATISSIMO ET P. T.

Curiæ Provincialis Saxonicae Jenensis

Advocato Ordinario,

Dn. Patrono atq; Præceptore suo

omni observantiae cultu devenerando,

*Publicæ Eruditorum censuræ subjicit*

**HEINRICUS Bernhofer/**

COBURG. FRANC.

Autor-Respondens,

In Auditorio JCtorum horis consuetis,

*Ad diem Septembr. M. DC. LXIX.*

---

**JENÆ, Literis Bauhoferianis.**



INCLYTÆ ET PATRIÆ REIPUBLICÆ  
COBURGENSIS  
MODERATORIBUS PRUDEN-

TISSIMIS,  
VIRO

*Nobilissimo, Consultissimo & Amplissimo,*

DN. JOHANNI LUCÆ AMLING,  
<sup>ne</sup> Consuli & Illustris ibidem Athenæi Scholat-  
chæ gravissimo,

*Nec non*  
VIRO

*Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo,*

DN. GEORGIO HEIBLINO,  
U.J.D. longè celeberrimo & Syndico meritissimo,

<sup>ut &</sup>  
VIRIS

*Consultissimis & Amplissimis*

DN. JOHANNI CNAUERO,  
DN. JOHANNI GEORGIO LEIBIO,  
DN. JOH. THEODORICO ABBATI,

*Consulibus prudentissimis,*

*Totique*

ORDINI SENATORIO

AMPLISSIMO,

Dnn. Patronis & Promotoribus suis, eâ quâ decet  
observantiâ, æternum colendis,  
Hancce Disputationem cum obsequii contestatione

*D. & D.*

AUTOR. RESPONDENS.



JOVA JUVA!

De

# SALVO CONDUCTU.

## CAPUT I.

*Definitionem Salvi Conductus nominalem continens.*

§. 1.

**D**efinitio duplex est, alia nominalis, alia realis, uti ex Philosophorum præceptis constat.

§. 2. Nominalis definitio colligitur vel ex locis Grammaticis, h. e. ex Etymologia, conjugatis, casibus, & ex testimoniosis Lexicorum; & Logicis, i.e. ex evolutione æquivocationis seu homonymiarum, & allegatione Synonymorum sive univocorum

§. 3. Omissis autem hoc loco locis Grammaticis, ut pote facilioribus & nemini forte adeo incognitis, statim nos convertimus ad locos logicos, & detegenda initio venti larva æquivocationis, errorum illius genitricis.

§. 4. Æquivocum itaque æquivocans est vocabulum Salvus conductus. Æquivoca autem æquivocata sunt res illæ, quibus pluribus illud nomen, sub diversa tamen definitione, commune est. Denotat verò Salvus conductus (1) aliquando jus illud, quod quis conduit & redditum inde percipit, Kinch. de Sax. non prov. jur. c. 5. n. 104. Kapp. decis. 37. n. 7. Wehn. obs. præd. voc. Gelseid. (2) Nonnunquam eum significat conductum, qui non tam securitatis, quam honoris gratiâ quibusdam personis præstatur, & simpliciter vocatur das Gelseid. Job. Oetting. de Jur. & contr. limit. L. 1. c. 9. (3)

A 2

ſæpē

Sæpè autem eum denotat, qui non tām honoris, quām necessitatis causā præstatur. Conrad. von Einsiedel / de regalib.  
(4) Aliquando tantū pro actu illo accipitur, quō Salvus conductus exerceatur & applicatur. Bocer. de regalib. (5) Nonnunquam denotat signa illa & instrumenta externa, quibus Salvus conductus fieri solet. Becht. de Secur. & Salv. conduct. (6) Sic etiam interdum eam significat securitatem, quæ reis datur ad judicium. Sixtin. de regalib. Nec non (7) eō nomine veniunt quoque rescripta moratoria, ab imperatore & principibus imperii debitoribus, depauperatis infortuniō, concedi solida, Quintineteller/Ansstands-Briece. Carpz. in Asyl. debit. c. 4. post. 62. n. 60.

§. 5. Succedit Synonymia, quæ constat ex univocis univocantibus, & univocis univocatis. Habet autem Salvus conductus alia cognomina quām plurima, quæ non per omnia idem involvunt, sed quādam latiora, quādam strictiora sunt. Sic enim dicitur (1) indemnitatis præstatio, Rum. ad A.B. D. 2. (2) immunitas à periculi metu, Becht. de securit. (3) Securitas, Myns. I. O. 82. (4) asscuramentum, Arum. ad A. Bull. (6) Securi transitus præstatio, Benetien. Strach. de asscur. (7) jus deducendi, Magnif. Dn. Strauch. in Exercit. Exoter. II. (8) Salva guardia, Menoch. de arb. jud. quest. L. 2. cent. 4. cas. 338. (9) conductus, Pet. Santern. Lufitan. de asscur. & spons. mercat. (10) ducatus, Matth. Castrir. in monefact. sup. Massuer. præst. t. 12. de asscuram. (11) guida, Magalott. de secur. (12) fides publica, Edict. Justin. 2. pr. & Edict. 13. c. 10. (13) verbum datum, Nov. 17. c. 6. ibid. Gothof. in not. l. k. (14) commeatus, l. 3. §. 7. l. 14. in pr. ff. de re milit. l. 1. & 2. C. de commeat. L. 12. (15) Pax, LatidR. L. 2. a. 4 & 14. (16) Et Germanicē: Sichere Briefe/ Sicher Geleid/Geleid/Pax/ die geleidliche Obrigkeit / Geleidsherrlichkeit auf freyer Kayserl. Reichs und Heerstrassen/ etc.

## CAPUT



## CAPUT II.

*Definitionem Salvi conductus realem,  
exhibens.*

§. 1.

**D**efinitur *Salvus* *conductus* hic noster à diversis diversimodè. *Schnob. in Exer. Feud.* 4. §. 21. talem propinat descriptionem, quod sit *jus*, quòd qui illò utitur, transmeantes per sua territoria, ubi nomina sua edidetunt, ac de ea causa certum censum solverunt, tutos præstat, ac si id non fecerit, damna omnia, quæ transiuntibus eorumque mercibus cursu prædonum sunt data, refarcire tenetur. Idemque volunt *Sixtin. de regalib.* L. 2. c. 2. n. 41; *Becht. in tr. de secur.* & *salv. cond.* §. 62. *Bodin. de republ.* L. I. c. 10. *Schneidw. de feud.* p. 2. n. 114. *Pet. Greg. Syntag.* L. 3. c. 13. n. 2.

§. 2. *Maulius in tract. de f. conduct. i.* definit *Salvum* *conductum*, quòd sit *jus* per vias publicas euntes redeentesque, & in fluminibus atque mari navigantes, conducendi.

§. 3. Alii alias tradunt descriptions. Nos in præstatiarum nullam peculiarem definitionem assignamus, cùm quæ de *salvi* nostri *conductus* essentia & natura inferius traudentur, facile ad constructionem alicujus definitionis suppeditare possint.

## CAPUT III.

*Divisionem Salvi conductus sistens.*

§. 1.

**D**ivisio alia nominis, alia rei est. De divisione nominis *Salvi* *conductus* ex cap. i. constare potest. De divisione itaque reali porrò jam dicendum venit.

§. 2. Dividunt autem Dd. illum præcipue in necessarium, qualis præstatur Electoribus ad electionem Regis Romanorum proficiscentibus, de quo vide *Generol. Dn. à Seckendorf.*

A 3

ckendorf.

ckendorf. in Beschreibung des H. R. R. T. M. p. 2. c. 5. nec  
non Magnif. Dn. Stevach. in Jurispubl. Instit. Lib. I. t. 3. quib.  
mod. imper. acquiri: ur. §. 12. &c. in iuris dissert. Exor. II. §. 4. &c  
liberum, qui aliis personis in viis publicis praestari solet. Ex-  
cell. Dn. Struv. in S. J. F. c. 6. §. 2. Alias porrò dividi solet in  
eum, qui aut jure superioritatis territorialis competit, aut  
ex prescriptione, aut ex privilegio: item quia alicui com-  
petit in solidum, aut ad plures pro indiviso spectat: Et qui  
porrò vel simpliciter, vel cum signo aliquo externo datur;  
Jam gratis, jam pro exsoluto vestigali. Et quæ aliae divisio-  
nes, aut potius subdivisiones, & quidem ut plurimam acci-  
dentes à DD. hinc inde referuntur. De quibus in sequen-  
tibus plura dicemus.

#### CAPUT IV. *Causam Efficientem Salvii conductus prodens.*

§. 1.

**C**ausæ sunt vel internæ vel externæ. Externæ sunt Efficientes & Finis; internæ verò Materiæ & Forma. De illis pri-  
mō locō; has sequentia excipient. Et quidem in præsenti  
capite nobis sermo erit de causa efficiente, quæ vel principa-  
lis est, vel instrumentalis, & vel proxima vel remota.

§. 2. Ad causam efficientem remotam referimus Jus  
divinum, naturale, gentium & civile.

§. 3. Variorum enim generum securitatis in SS. extant  
vestigia, Num. 26. & 21. Jos. 9. Gen. 4. & 19. Exod. 13. Deut. 1.  
De signo salvi conductus à Deo Caino Gen. 4. impresso lege  
Nicol. de Lyra in Gl. ad Gen. d. c. Dn. Chemnit. in comment. in  
Gen. D. 3. q. 4.

§. 4. In jure autem naturæ salvum conductum suum  
habere fundamentum, patet non modò ex cognatione illa,  
quam



quam inter homines natura constituit, l. 3. ff. de J. & J. c.  
*charitas.* 5. §. proximos. de panit. d. 2. & ob quam nefas est  
 hominem insidiari homini eique nocere, etiam si possit, l. 1.  
 §. pen. ff. de perte. & commod. rei vend. sed etiam inde, quod  
 naturaliter interest hominem homini benefacere, l. 7. inf.  
 ff. de serv. exp. l. 2. §. 5. de aqua & aqua pluv. arc. & periculum,  
 si modo commode potest, ab eo divertere, l. 45. pr. ff. ad L.  
*Aquil.* Imo vestigia naturalis securitatis in brutis quoque  
 conspicuntur, l. 44. ff. de A. R. D. Conan. L. 1. comm. J. civ. c.  
 4. n. 8. Obrech. de defens. necf. c 4. n. 8. unde tritum illud:  
 extremè algidam oportere esse hyemem, quâ lupus lupum  
 devorat.

§. 5. Jure gentium securitatem parvunt foedera, l. 7.  
 ff. de captiv. paces, l. 5. ff. de pact. induciae, l. 19. §. 1. ff. de capt.  
 Legitorum non violandorum religio, l. 8. §. 1. ff. de R. D. &  
 alia, que ex J. Civili maius acceperunt robur.

§. 6. E jure Civili plerique securitatis modi profluunt.  
 Nam vel Lex præstat securitatem, vel ejus ministri. *Mago-*  
*lott.* de Secur. p. 1. Est autem jus civile duplex, privatum &  
 publicum. Ex hoc Salvi conductus natura principaliter  
 hodiè discenda & petenda venit. Est enim *Salvus* condu-  
 ctus unum ex regalibus, uti constat ex *Schneiduv.* de feud.  
*Rumel.* ad A. Bull. *Bocer.* de regalib. *Einsidel.* de regalib. *Sixtin.* de  
 regal. *Bodin.* de republ. *Pet. Greg.* Syntagm. L. 3. c. 13. n. 5. *Franc.*  
 L. 2. t. 7. n. 21. *Meischner.* in decis. v. 2. L. 2. dec. 4. n. 172.  
*Gail.* I. O. 64. n. 3. *Decian.* Resp. 96. n. 1. L. 3.

§. 7. An autem ad majora, an ad minora regalia Sal-  
 vus conductus sit referendus, dissentientes reperiuntur Dd.  
 Nani Regn. *Sixtin.* illum inter majora refert, nec non Menoch.  
 cons. 29. n. 23. & l. 2. de arbit. jud. quæst. cas. 336. n. 6. p. 1.  
*Franc.* *Hercul.* intrat. de non offend. c. 37. tit. de *Salv.* conduct.  
*Bocer.* deregul. c. 2. n. 235. *Bald.* in c. 1. §. sacramenta. de pac.  
 ju am.

*juram. firm.* idque, quando de securitate plena & absoluta intelligitur, concedi potest; quando autem pro illo iure accipitur, quod territorio regulariter cohæret, R. J. de anno 1548. S. Sennel, & de anno 1555. S. nach dem aber, & ex quo reditus plerumque percipi solet, rectissimè cum Magnis. Dn. Struv. in Synt. J. Feud. c. 6. §. 23. ad iura majestatis minora referuntur. Consentunt cum ipso Knich. de super. c. 5. num. 104. Koepp. decis. 37. n. 7. Job. Oetting. in tract. d. J. & controv. l. mit. L. I. c. 9. n. 24. Ubi tamen sciendum & notandum ex Sixtin. c. 2. n. 51. de regalib. quod idem regale nonnunquam majus & minus diverso respectu dici posuit, cum quo faciunt Zas. in Epit. feud. p. 5. n. 13. Moz. de nat. feud. Borcholt. consil. 18. Schneidv. de feud. p. 2.

§. 8. Patet hinc proximam causam efficientem salvi conductus esse illos, qui regali hoc gaudent, & potestatem assecurandi in viis habent, de quo pluribus in cap. 6. agemus.

§. 9. Causam Salvi conductus instrumentalem quod attinet, præstatur ille aliquando literis tractatoris sive diplomatis, quæ Geleids-Zettel vel Geleids-Briefe vocantur, & in J. Saxon. Gl. Weichb. art. 8. in verb. Mut und Zoll. Bolleten dicuntur, ibi: *Dass man Bolleten nehmen solle/ dass sein Geleits-Brief etc.* Nonnunquam Salvus conductus præstatur per conductum, custodibus scil. & militibus vel equitibus adjunctis, qui custodiunt & conducunt transentes. Aliquando nudis præstatur verbis, & aliis modis, uti inferius patescet.

§. 10. Modi, quibus jus Salvi conductus legitimè acquiritur, præcipue duo sunt, videlicet concessio, quæ vel per privilegium, vel per investitram fit, & vel motu proprio, vel ad preces petentis, & præscriptio; de quibus non pauca utilitate plenisima dicenda forent, si instituti nostri ratio admit-



admitteret. Cùm autem illi modi omnibus aliis ferè etiam regalibus, quoad eorundem acquisitionem convenient, nonolumus eorum appositione prolixiori multas implere paginas, sed potius plura desiderantem remittimus ad feudistas & imprimis publicistas, inter quos videri possunt *Magnif.* *Dn. Struv. in Synt. J. Feud. Schneidw. ad Feud. Sixtin. de regal. Rummel. Arum. & Buxtorff. ad A. Bull. Otto ad J. public. Becht. & Maul. de secur. & salv. conduct. Ripa. Respons. 80. n. 1. *Peregr. de J. fisc. L-1. t.f. n. 33. Knich. de J. territ. c. 1.* & alii ab hisce DD. allegati.*

S. II. Causam impulsivam quod concernit, est illa partim necessitas, utilitas & favor commerciorum, quæ volunt, ut liber tutusque omnibus sit usus viarum publicarum, *l. suminum. 24. in pr. ff. de damn. infect. l. 2. §. 21. inf. ff. ne quid in loc. publ.* publicè enim interest, sine metu & periculo per itineria commèari, *l. 1. §. 1. & 2. ff. de his, qui deser. vel effud.* imò sublatâ hâc securitate ipsa Societas civilis evertetur; *Strach. in prefat. de asscurat.* Partim verò ipsum officium magistratus, cui id imprimis incumbit, ut subditos quietos tueatur, eosque à formidine violentiæ reddat immunes. *l. 6. §. 2. ff. de off. præsid. l. f. pr. ff. quod met. caus.* Hinc tenetur ipse purgare provincias suas à malis, eosque conquirere & punire, inque receptores eorundem diligenter animadvertere, *l. 3. inf. l. 13. ff. de off. præsid. Recess. imper. de anno 1548. Landfriede. de anno eod. Recess. imper. de anno 1555. & 1566. Respe.* & eu conducendorum autem ad causam impulsivam non male referuntur partim eorum suspicio & metus à latronum, prædonum, & aliorum ejusdem farinæ homunculorum periculis, partim illorum imploratio magistratus inde proveniens. Honorem quoque debitum, unde honorificus magnatum conductus oritur, rectè causis impulsivis annumerabis.

## CAPUT V.

### *Causam finalem Salvi conductus ostendens.*

§. 1.

**F**inem alium dicimus ultimum , alium intermedium.

§. 2. Finem intermedium illæ causæ , ob quas salvis conductus petitur & conceditur , constituere possunt. Sicuti præstatio liberi transitus & securitatis per territorium , nec non perceptio vestigalis , exercitium territorialis superioritatis , punitio latronum , restitutio spoliatorum & similia ad finem non immerritò quoque facere videntur , quamvis quædam ex his rectius ad effectus salvi conductus referantur.

§. 3. Finis ultimus est utilitas salusque reipublicæ . Publicè enim interest , sine metu & periculo per itinera com- meari , l. i. ff. de his . qui deiec . vel effud . Gail . 2. O. 64. n. 2. 3. 4. R. A. de Anno 1548. §. Ferner . & de anno 1555. §. nach dem aber . habentque principes regalia ideo , ut regaliter illis u- tantur , h. e. regia manu eò allaborent , quò in primis salus populi , quæ principatibz finis in Nov. 149. c. 3. dicitur , & de- inde ipsorum dignitas conservetur. March. de Afflict. ad tiz- que sint regal. n. 7. vid. August. de civ. Dei. L. 4. c. 4. Sixtin. de regal. Maul. de jur. conduc. Becht. de secur. & salu. conduct.

## CAPUT VI.

### *Materiam Salvi conductus prodens.*

§. 1.

**O**rdo nunc efflagitat , ut de causis internis , sive materia & forma , quædam subjiciamus. Et quidem in præsenti capite de materia salvi conductus agemus.

§. 2. Materiæ autem est vel ex qua , vel in qua , vel cir- ca quam.

§. 3. Materia salvi conductus in qua , seu subjectum , est vel activum vel passivum. Constituunt autem subjectum a- ctivum

777.

etivum illi, penes quos jus conducendi est, ac qui illud jus exercendi potestatem habent.

§. 4. Licet autem originaliter illud Imperatoriz magistrati insit, ut qui summus orbis Dominus dicitur, R. A. de anno 1559. in pr. §. und uns. 19. ff. ad L. Rhod. de iact. Schnob. ad ff. D. 9. §. 12. Excell. Dn. Struv. S. J. C Ex. 20. §. 30. recte tamen illis quoque, qui ex supremi principis concessione vel præscriptione legitima id acquisiverunt, competit, & regulariter quidem Domino territorii universalis ascribitur, extraordinem verò & præter naturam sit, ut quandoque etiam in alieno territorio vi servitutis Jurisdictionalis alieui competit, Knich. de J. super. c. 4. n. 293 & c. 5. n. 102, Rum. ad A. Bull. c. 1. ibid. Arum. c. 1. Maul. de salv. conduct. t. 2.

§. 5. Videmus itaque quod non solum Imperator, sed & Reges reliqui, Electores ac Principes, imò & ipse Pontifex Romanus in ditionibus, quas tanquam princeps summò imperio tenet, in suis territoriis jure conducendi gaudеant. Idemque de Comitibus immediatè subjectis tradit Specul. in tir. de Iust. omn. iud. §. 1. vers. magni, num. 1. & Lancelot. in templ. omn. iud. L. 1. c. 6. de comit. n. 7. qui dicunt, quidquid in comitatù est, in Jurisdictione comitis esse præsumi, nisi contrarium probetur, adeò, ut si principes & ordines reliqui in ditionibus comitum Jurisdictionem exercere velint, ipsis in juriam inferant, & territoria eorum violent. Coras. Consil. 159. n. 1. Geil. de P. P. L. 1. c. 16. n. 27. & 28. Estque alias Juris certi, quod imperii ordines tantum in territoriis ac regionibus suis valeant, quantum imperator in imperio. Magnif. Dn. Richer. p. 1. dec. 4. n. 16. Dn. Gerhard. Q. ilust. J. publ. hex. 6. q. 3. Barones quoque immediatos hōc jure frui certum est, cum æquiparentur comitibus, Rum. ad A. B. Arum. adeand. Otto. J. publ. Schrad. de feud. p. 10. scilicet 2. n. 23. Zaf. de feud. p. 5. n. 29. Frid. Schenk. à Lautenberg. ad c. 1. quis dica-



tur dux. Goed. in Resp. Jur. de restit. Baron. Pauermeiß. de Juris-  
dict. n. 25 c. 2. L. 2. Bertram. de comit. concl. 70. Reformat. Po-  
lit. de anno 1530. tit. von Graffen und Herren. Ord. Cam. p. 26  
c. 3. 4. 5. Hocque jus etiam competit civitatibus liberis im-  
perialibus quoad sua territoria, A. Bull. t. 1. vers. si quis au-  
tem princeps. Bruning. de var. univers. specieb. §. 22. quoniam  
illæ hodiè jure territorii habent die Landsherrlichkeit und  
LandesObrigkeit/ Matth. Sraph. de Jdict. L. 2. p. 2. c. 1. n. 63. vid.  
Autor. des Gründlichen Berichts der Reichsstadt Frieder-  
berg Regalien. c. 2. n. 15. G. c. 1. n. 203. ubi in specie dicitur,  
dass sie die Landstrassen mit dem Geleide zu versehen etc.  
Cum nobiles immediati habile censeantur esse subiectum ad  
accipiendum regalia, Wesenb. consil. 60. n. 30. Prukman. de re-  
gal. c. 4. n. 34. Vult. 1. feud. 3. n. 7. ideo ipsos quoque quoad  
exercitium salvi conductus inidoneos haur esse, statuunt  
Bidenb. Nobil. q. 1. Besold. in disc. de Eq. ordin. Secus itaque est  
in subditis imperii mediatis; hi enim non præsumuntur ha-  
bere hoc jus in suis territoriis, sed Dominus eorum, nisi spe-  
cialem concessionem vel præscriptionem sufficienter pro-  
bent, iuxta Maul. de salv. conduct.

§. 6. Subjectum Salvī conductus passivum sunt res &  
personæ, quibus is præstari debet. Personæ autem sunt vel  
extranei vel subditi, & utrique aut tempore pacis, aut belli  
salvum conductum petunt.

§. 7. Hic multū à Dd. disceptatur, an etiam Im-  
perator ipse in sui securitatem ut salvum conductum petat,  
opus habeat. Id'quod Becht. de secur. negat, propter ipsius  
sanctitatem, quā inviolabilis est, & illud vulgare, die Kais-  
serl. Majestät bringt das Geleide mit sich. Alii contrarium  
statuunt, ex rationibushaut contempnendis, quas occasione  
data in ipso confliktu suppeditabimus. Videri in simili pot-  
est Magnif. Dn. Strauch. in Disp. Exot. II. §. 2.

§. 8.

§. 8. Putamus autem regulariter nemini hominum denegandum esse salvum conductum, nisi justæ subsint causa. Ut verò sciatur, quæ nam præcipue illarum sint, sequentia annotabimus.

§. 9. Hostibus salvum conductum hauri debere concedi constat, idque multis docet Rosenth. de feud. c. 5. concl. 21. n. 2. Quis autem hostes vere dicantur, id videre est ex t. ff. de capt. & postlim. & de redempt. ab hostib. l. un. C. de caduc. toll. & rit. C. de ing. manum. l. 118. de V. S. Lifs. 5. Polit. 3. & 4. Bodin. L. 5. de rep. n. 563. P. H. Q. art. 1. 9. Ratio vero cur ipsi securitate non debeant gaudere, evidentissima est. Sunt enim ipsi securitatis publicæ turbatores & eversores, & sicuti cum bello pax stare nequit, l. 12. ff. de captiv. l. un. C. de caduc. toll. ita nec cum hostilitate securitas, pax enim & securitas sunt individuæ comites, l. 2. §. 4. C. de off. P. P. Afric. & altera alterius auxiliò pulcherrimè crescit. Nonnunquam tamen ex justa causa hostibus commeatus conceditur, Sprenger. Jur. publ. tit. de f. pacis. idque in primis jure belli & officio humanitatis, si aliqua civitas se dederit.

§. 10. Infideles, paganos scilicet & Barbaros, nonnulli commerciorum & commeatis securitate in terris Christianorum carere volunt, per l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb. l. 2. C. de commerc. l. un. C. de lit. & itin. custod. L. 12. à quibus non immerito dissentit Alexand. consil. 130. ut & Maul. de salv. conduct. Corvar. in c. peccat. p. 2. §. 10. ubi dicit, infidelitatem non privare quem naturali jure, & ex sola infidelitatis causa securitate publicâ carere, bellis implicari, hostiliter invadì, vitâq; bonisque privari, salvâ & illæsâ conscientiâ, non posse infideles.

§. 11. Infidelibus inter Christianæ fidei hostes proximos esse dicit Becht. de secur. & salv. conduct. Judæos. Hi

qui olim communi legum & imperii securitate gavisi fuerint, indubium est, cum illos, ceteroquin innocentes, solo Judaicæ superstitionis intuitu, neque in persona, neque in bonis offendere. apertus sit textus in l. 14. C. de Judas. l. 6. C. de pagan. l. nemo 9. C. de Jude. VVes. ad C. eod n. 2. Brv. ram. consil. 298. Hodiè autem illos non ubique securè territoria aliorum transire possunt, constat. Heig. p. 1. q. 4. Tempore ramen mundinarum solennium eorum accessus & commercia faciliter tolerantur, R. A. de anno 1511. . diesen zu begegnen. ibi : doch sollen. Reform. quiter Policien de anno 1577. tit. von Jüden. ibi : mit ziemlicher Handlung. vid. Da. Fritzs. in tract. de regal. nund. Jur. t. 6.

§. 12. Hæretici, cum Ecclesiæ hostes sint, & pacem ac unitatem perturbent, adeoque fesse odio dignos, & beneficjis indignos reddant, l. 4. & 19. C. d. hæret. Nov. 45. & 109. c. 1. quin imò, æternam offendant maiestatem, securitate communi vallati non videntur, præprimis ubi pro hæreticis agniti & legitime condemnari, nec non politici magistratus animadversioni traditi fuerint. De Hæreticorum ad colloquium Ecclesiasticum vocatorum salvo conductu vide Menoch. consil. 100. Mart. Cuneo. in tr. de pæt. p. 1 c. 23.

§. 13. Bannitum, cum communis hostis omnium declaretur, securitatem viae publicæ & comandeandi an intere, unanimiter ferè tradunt Dd. adeò, ut liberè à quibusunque offendere possit. Ordin. Camer. p. 2. t. 9. & 13. Landfried zu Worinb. An. 1495 tit. Friedebrecher. (non enim necessitatis hoc, sed facultatis tantummodo est, Recess. Imp. de anno 1522.) Sed tamen non immerito distinguendum videtur inter Bannitum majori & universali banno imperii, & minorib anno tantum affectum; hoc enim extra territorium bannientis se hanc extendere, docet Magolot. de secur. item an salvum conductum ad innocentiaz deductionem petant, an minus. Mund. vol. 2. conf. 6. n. 29.

§. 14.

§. 14. Similiter securitatem viæ publicæ & commen-  
di non habent latrones, sicarii, prædones, piratæ, & ejus-  
modi generis alii. Hos enim ab omni juris communione  
exclusos esse, dicit Bodin. L. 1. de republ. c. 1. in pr. & L. 5. c. 6.  
n. 6 o. 4. Alb. Gentil. L. 2. de legat. c. 9. Dauch, de testam. num.  
200. & impunè etiam per privatos occidi posse, vult Ever-  
hard. loc. 20. à correlat. n. II. per c. si quis. 21. q. 3.

§. 15. Ejusdem conditionis videntur esse milites, qui  
castra, integras civitates ac provincias ad defectionem sol-  
licitant, R. A. de anno 1529. S. dergleichen das keiner. & de  
anno 1555. §. es soll auch.

§. 16. Jure conducendi & commeatū indigni quoque  
esse videntur circumforanei, vagi, & absque certo duce  
vicatim & pagatim oberrantes milites, l. 13. inf. C. de re milit.  
Lib. 12. Confit. P. P. de anno 1584. §. wo sich auch Ord. Polit. e-  
jus d. ann. Ordin. Cam. p. 2. t. 18.

§. 17. Non solum autem commemorati haec tenus, sed  
alii adhuc & omnes omnino criminosi & malefactores suā-  
met culpā se indignos securitate reddunt, nec gaudent salvo  
conductū, nisi ad deductionem innocentia illum perant &  
consequantur. Ut non immerito Boer. de custod. n. 79. dicat,  
protectionem, quam Domini terrarum suis subditis & ex-  
tranēis transeuntibus præstare tenentur, ad bonos tantum  
esse restringendam. Aliquando tamen, si justæ interveniant  
causæ, ad implorationem & factam cautionem, delinquenti-  
bus soler concedi Salvus conductus ad judicium, de quo au-  
tem in præsentiarū plura apponere nostri instituti non est.

§. 18. Hactenus de personis, sequuntur Res. Excidunt  
autem securitate & salvo conductu illæ res, quæ exportari &  
vendi prohibentur, quoniām confiscationem & alias poe-  
nas eorum Domini vix evitabunt. Vide de his l. 1. C. que res  
expors. non deb. Nov. 85. c. 3. Dn. Tabor. in suo armam. Justin. c. L.  
§. 15. & c. 2. §. 1. Hug. Grot. de J. B. & Pac. L. 3. c. 1.

§. 19.

§. 19. Præstatur verò salvus conductus tantum in viis publicis & solitis. Hinc multum interest, quâ viâ quis sit profectus.

§. 20. In Electoribus eorumque nunciis speciale est, quod ipsis etiam per viam insolitam ad electionem Regis Romanorum euntibus, salvus conductus sit præstandus, adeò, ut si spoliati fuerint, damni restitutionem à Domino territorii jure petere queant; modò tamen conductum pectorint, viamque, quâ transire velint, significaverint. *Rum.* ad A. Bull. Carol. IV. c. I. & Arum. quorum rationes ibi vide-re est.

§. 21. Viis publicis proxima sunt flumina publica & ipsum mare. Ad sola namque flumina navigabilia publica salvum conductum pertinere, communis DD. est sententia. *Cæp. de mar. Catheran. decis. 154. Bertrachin. de Gabell. P. 1. col. 4. & p. 6. col. f. Schrader. de jur. incorp.* Quæ autem flumina publica dicantur & habeantur, docent Arum & Rume. ad A. Bull. nec non Sixtin. Bocer. Einsidel. de regalibus, & alii.

## CAPUT VII.

### *Formam salvi conductus offerens.*

§. 1.

Formam cum Philosophis præprimis duplicem statuimus, essentialem videlicet, & accidentalem.

§. 2. Formam salvi conductus essentialem ipsum vocabulum salvus demonstrat. Consistit ille nimis in permissione salvi & liberî transitus ac præstatione immunitatis ab omni reali ac personali offensione. Licet enim usus viarum, fluminum ac maris liber sit de J. Gentium, postquam tamen hodie illius directorium regalia habentibus datum est, non parum communis illa libertas fuit immunita ac restringita, ita ut absque petitione transitus, & nonnunquam solutio-



solutione vestigialis vix permittatur usus eorum, idque non sine eximio ipsorum conducendorum commodo.

§. 3. Formam salvi conductus accidentalem quod adtingit, referunt nonnulli ad eandem modos illos, quibus salvus conductus acquiritur, de quibus videre est cap. 4. §. 10. Ulterius autem ad illam pertinet, quod is nonnunquam tacite permittitur nudâ patientiâ & non prohibendo transitum. Qualis est v. g. si nova nuptia principis in aulam solenniter inducitur, tunc enim malefactores curris inharentes sine perjurii noxa securitatem marentur. Potest namque princeps in honorem domus suæ, vel ob latitudinem publicam, aut alias ob causas legitimas famæ restituere in exilium missos, & poenas delictorum remittere. Quod si tamen res mali exempli sit, nonnunquam sequenti die tales delinquenter solum iterum vertere cogintur, Roland. à Valle consl. 4. n. 58. v. 3. Franc. Mart. decr. 18. Knich. de superiorit. c. 3. n. 434. Sic cum induciarū tempore omnes offensiones bellicæ cessent, salvum conductum liberamque commeandi & remeandi licentiam concessam esse, etiam si inter pacificentes de eâ non fuerit expressè actum, docent DD. nonnulli, quamvis hoc non generaliter admittant Magnif. Dn. Strauch. differe. 5. de induc. c. 4 §. 5. Hug. Grot. de J. B. & P. L. 3. c. 21. Aliquando autem salvus conductus expressis verbis conceditur, qui dicuntur aufs Wort oder Parole præstari. vid. C. Tat. L. 2. anal. Nonnunquam vero literis tractatoriis præstatur, quæ vocantur Geleidszettel/Bulleten/ Jacob. de Sanct. Georg. in tract. defend. in verb. Marchio. §. quaritur n. 4. Geil. 2. O. 64. & iste conductus appellari solet das schriffliche Geleide. Sæpe etiam præstatur salvus conductus adjunctis militibus vel equisibus, qui vocantur Gradiatores, vel rectiùs Guardatores & Convoy, German. das persönliche Geleide. Nonnunquam absque, nonnunquam vero cum exsolutione præcedente

cedente vestigalis, pedagii, pontenagi, pontivegii, portorii-  
que præstatur securitas.

§. 4. An autem pro solo transitu per vias publicas  
Dominus territorii licet quid exigere queat? quæstionis est.  
Et licet pro utraque sententia haut leves militent rationes,  
pro negativa tamen sequentia facere videntur. Et (1) qui-  
dem pro ea pugnat viarum publicarum usus communis & de-  
J. Gentium liberimus, l. 24. in pr. ff. de damn. infect. l. 2. §.  
viam. 21. ff. ne quid in loc. publ. (2) quod naturaliter & regu-  
lariter omnia loca debent esse libera transeuntibus, in tan-  
cum, ut viâ publicâ fluminis impetu vel per ruinam amissâ,  
vicinus viam præstare debeat, l. 14. inf. ff. quemadmodum serv. a-  
mitt. l. 11. c. de servit. & aqu. (3) quia magna est ratio di-  
versitatis, cur pro mercium vectura solvendum sit vestigal,  
pro simplici autem transitu non item. Vestigal enim regulariter  
tunc imponitur, quando usu viarum illæ non parum  
deteriorantur, uti accidit vecturâ mercium; at per nudam  
itionem vix ullum detrimentum viis conciliaur, ideo et-  
iam pro ea sola pedagium sive pastragium non facile exigen-  
dum, cum hòc modò libertas in transeundo restringatur. (4)  
Porrò vestigalium materia per se odiosta est, J. b. Kapp. decisi-  
q. 50. n. 1. & proinde in dubio pro libertate pronuncian-  
dum. Sixtin. de regal. L. 2. c. 6. (5) Facit hoc text. in Specul.  
Saxon. L. 2. a. 27. ibi: ein teglicher Mann soll Zollfrey sein/  
er fahre/reite/ oder gehe/wo er Schiffes (tunc enim portori-  
um solvere tenetur, l. 5. ff. de naus. caup. & stab.) oder Brüks/  
ken nicht bedarf. (tunc enim pontenagium solvendum est.)  
Sunt aliae adhuc non levis armaturæ argumenta, quæ pro-  
hac negativa militant, & videri possunt apud Maul. de salv.  
conduct. & Becht. de secur. & salv. conduct.

§. 5. Quod si tamen Dominus territori jus exigendi  
pedagium ex speciali concessione vel legitima præscriptione  
habeat



habeat, non dubitamus ipsum illud non modò licite exigere, sed & peregrinantes ad eum ex solutionem cogere posse, R. A. de anno 1548. §. Ferner zu nochmehr, idque pignoratione & arestatione, Gotbofr. in auct. habita, Bald. in c. i. que sint, regal. Fachs. consil. II. n. 63. Coler. p. I. c. 3. n. 74. pro. execut. modò de crimine fraudationis quis sit convictus. Si enim neget delictum, ad hoc, ut relaxationem mereatur, satis dare debet judicio sisti, l. 7. §. f. ff. q. latitudar. cog. Alias constitutum est, ne pro arrestis ex causa vestigialis impositis relaxandis, mandata in Camera imperiali decernantur. R. A. de anno 1594. §. So viel die ungleiche Meinung. Mindan. L. I. de proc. c. 40. n. 6.

§. 6. Quod si pontenagium vel pontivegium debeatur, ponte destructo, nequit exigi illud à transeun:ibus per aquam, nec novò etiam ponte alibi facto, cum pons, in quo quasitum jus illud erat, in rerum natura esse desierit, neque exactio illa alio in loco fieri possit, per l. 12. §. I. ff. de S.P.R. vetera namque vestigalia, licet non aucta, de uno tamen eoque consuetō loco in alium transferre non licet cum præjudicio eorum, qui vestigia pendere coguntur, quibusque forte prolixiori viā jam est utendum, aliavē difficultates & molestiae inde conciliantur, l. 9. ff. de Servit. l. 6. ff. quemad. servit. l. 4. §. f. l. 10. ff. de public. l. 32. ff. ad L. Aquil. Henscher. de privileg. §. 53. Mindan. L. I. de process. c. 42. n. 4. & 5. Bocer. de regal. Eorum itaq; consensus denuo est impetrandum, qui permittere & concedere possunt, ut iterum pro transitu & usu illius viæ quid exigatur. Becht. de secur. Quod si vero pons in loco suo pristino reficiatur, jus vestigialis ipsò jure revocatur seu in integrum restituitur, l. 14. pr. ff. quemad. servit. amitt. Bald. in l. 4. C. de condic. insere.

§. 7. De personis, quæ immunitate à solutione vestigialium gaudent, vel ex peculiari privilegio, vel ex præscriptione

ptione legitima, videantur authores, Sixtin. de regal. Becht.  
de secur. Arum. & Rumel. ad A. Bull. cum aliis ab iisdem alle-  
gatis quamplurimis. Hoc tantum in præsenti notamus, quod  
ob gravissimas causas etiam hæc alias exemptæ personæ non-  
nunquam ad vestigium solutionem teneantur, notante  
Sixtin. d. l. c. 6. n. 142.

S. 8. Hoc denique adhuc observamus, quod is, qui  
salvi conductus beneficiis gaudere desiderat, non modo il-  
lum decenti modo petere, sed præterea se ita componere  
debeat, ne Domino territorii molestus existat. Sic quoque  
interdum, antequam præstatutus transitus potentioribus  
magnò comitatu transeuntibus, hi de indemnitate cavere  
teneatur, si quid metus sublit. vid. Excell. Ln. Strauch. d. D.  
Exoe. 15. S. 2. Hord/eder. c. 8. n. 5. ubi dictetur: die Landstrassen  
sollen den Fürsten/oder wenigern Stands Personen/so des  
Lands Obrigkeit an ihren Regalten und Gerechtigkeiten  
mit ihrem passiren schädlich/ nicht frei sein. & c. 9. inquit:  
Das heist aber mit Frevel und Gewalt passire und durch-  
gezogen/ oder durchziehen und passiren wollen / da ein  
Fürst durch des andern Land reissen will/ und hat denselben  
Landes Fürsten nach Gewohnheit des Reichs zu-  
vor darum nicht begrüßt noch angestucht/etc. Quod si ita-  
que, volente Angel. in pr. Inst. de S. R. & U. P. v. g. Capita-  
neo promissus sit transitus, debet ille ire per viam directam  
& solitam, non per prata, agros & vineas, ne fructus & a-  
gricolarunt ac devastentur, alioquin capi ipse poterit, sal-  
vâ fide salvi conductus. Denim wer das Geleide will genies-  
sen/ muß sich geleidlich verhalten. Alioquin obtinet illud,  
quod frangenti fidem frangatur fides, l. cum proponas C. de  
pacz. Schneiduv. in d. pr. Inst. de S. P. R. & U. Arum. & Rum. ad  
A. Bull. Carol. IV. c. I. Vid. Gros. de J. B. & P. L. z. c. 2. S. 13. qui  
discurrit, quid de transitu militum innoxio, quem exteri-  
quan-



782.

quandoque reges & principes in imperio sub certis condi-  
tionibus impetrare solent, judicandum sit. Adde R. A. de  
anno 1582. §. Deminach sezen. & Nov. 130. ibid. March. Ste-  
phan. n. 10.

## CAPUT IX. *Effectus salvi conductus tradens.*

§. 1.

**D**e effectibus salvi conductus ut pacis nunc agamus, or-  
do efflagitat. Et cum illi multiplices sint, atque ex ha-  
cenus dictis de nonnullis haut difficulter constare queat, de  
quibusdam tantummodo in praesentiarum nobis adhuc a-  
gendum erit.

§. 2. Ex istis autem non minimus effectus est ille, quod  
Domino, ius conducendi cui competit, diversa ex Jure no-  
stro suppeditentur remedia & actiones, pro hoc suo jure tur-  
endo, & nonnunquam recuperando. Quia autem illæ ipsæ a-  
ctiones in aliis quoque regalibus obtinent, nolumus eas hic  
specialiter recensere, sed remittimus scilicet ad *Maul.*  
*de salvo conduct. Becht. de secur. & Sixtin. de regat.*

§. 3. Deinde ad Effectum salvi conductus pertinet  
illa obligatio, qua inde tum ex parte concedentis, tum im-  
petrantis oritur. Tenetur enim Dominus, qui salvum con-  
ductum concessit, non modo securitatem in viis praestare,  
sed etiam servare, & damna per depravationem facta  
transientibus resarcire, preprimis, si aliqua pensatio re-  
spectu illius securitatis & pro salvo conductu sit facta. Si  
enim Dominus territorii ex officiis necessitate securitatem  
gratis praestare tenetur, multo magis hoc obtinebit, si ve-  
gal fuerit solutum. Ex perceptione etenim vestigialis vide-  
tur percipient tacite se adstringere, quod intra fines sui ter-  
ritorii conducendus securus ac salvis esse debeat, *i. naut. ff.*

C 3

naut.



*ssut. cap. stab.* nec percipitur vestigal bona fide, nisi in eum  
usum, in quem solvit, ut pro eo scilicet securitas præste-  
tur. Facit huc poena commissi, quæ omnes merces ob  
fraudem etiam minimam circa vestigal factam, auferun-  
tur transiuntibus; quæ poena non corresponderet delicto,  
nisi Domini hoc incommodo restitutionis afficerentur. Et  
denique idem volunt R. A. de anno 1555. §. Nach dem. & de  
anno 1559. §. Damit dann die. LandR. L. 2. a. 27. vid. Ma-  
gnif. Dn. Strauch. d. Exerc. 11. §. 2. Nobilis Fritsch. c. 12. de reg.  
vizar. publ. sur. Zaf. consil. 14. v. 1. Mys. 5. O. 70. Gail. 2. O.  
64. Cœpoll. de Servir. R. P. c. 4. n. 91. Maul. de Salv. conduct.  
Afflit. int. que sunt regal. n. 14. Jacob. de S. Georg. de feud.

S. 4. Nec excusat Dominum à restitutione damni  
proficiscentibus dati (1.) ignorantia; quia scire debebat hoc  
ex officio ipsi incumbere, ut provincias à malis hominibus  
purget, l. 3. ff. de off. presid. paria enim sunt scire & scire pos-  
se, l. pen. ff. ad Sct. Maced. l. in bonorum. ff. de B. Poss. vel scire de-  
bere, l. quod te. ff. si cert. pet. l. qui fundum. §. servus. ff. pro Emt.  
(2.) Nec, si asserat se prohibere non potuisse. Facultatem  
enim habere præsumitur, qui Imperium & Jurisdictionem  
habet. Hinc, si non remedia adlibeat, prout necessitas  
exigit, consentire in facta videatur, & ideo ex quasi maleficio  
obligatur, l. in delict. ff. de nox. act. (3.) Nec, quod diligentia  
magnam adhibuerit, vel etiam salvum conductum pro-  
ficiscentibus adjunxerit. Scire enim debet, quod etiam ad  
exactissimam diligentiam adstrictus sit. Bartol. in l. quod  
Nervæ. ff. deposit. Bald. consil. 404. v. 2. Socin. v. 1. consil. 2.  
Anchor. consil. 158. Cravett. consil. 132. n. 4. Alex. consil. 41. n. 6.  
Panschm. in Resp. de expugnat. adium, q. 1. n. 22. ubi dicit, à  
Domino territorii probandum esse, quod summag adhibue-  
rit diligentiam. Quamvis enim alias culpam vel negligen-  
tiam allegans, eam probare teneatur; fecus tamen est, si ra-  
tione



tione officii ad custodiam quis tenetur, l. non est. ff. de probat.  
*Gl. & Dd. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. Anchor. consil. 102.*  
*Denuo consil. 473. vid. Conflit. Imper. de anno 1555. S. nach*  
*deum aber. & Jus Saxon. L. 2. art. 27. (4.) Nec juvat Domi-*  
*nun si pretendat negligentiam & culpam officialium; Myns.*  
*7. O 5. Sixtin. de regal. c. 2. n. 36. sibi enim imputabit, quod non*  
*diligentiores adhibuerit personas. (5.) Nec, quod suppli-*  
*cis affecerit delinquentes. Si enim in tempore debita re-*  
*media adhibita fuissent, ad hunc casum pervenire haut o-*  
*pus fuisse. Alber. 2. p. statut. obs. præl. &c.*

§. 5. Quod si plures fuerint Domini territorii ac ju-  
 ris conducendi, quilibet ex iis in solidum tenetur, l. in magi-  
 strar. ff. de magistr. conven. Bartol. in l. f. ff. de var. & extra-  
 ord. cogn. Bald. in l. si quando. n. 2. C. de testib. l. penult. C. de pacto.  
*Paris. de Puteo. in tr. de Syndic. in verb. negligentia. c. 1. n.*  
 15. Et hoc quidem obtinet, quando magistratus est in do-  
 lo & lata culpa. Quod si autem duntaxat in levi culpa exi-  
 stat, proportione in quemque eorum actionem dari, vide-  
 tur ex l. in magistr. ff. de magistr. conven. modò omnes solven-  
 do sint, alioquin ii, qui solvendo sunt, tantum tenebuntur.

§. 6. Dantur tamen casus, in quibus Dominus ad da-  
 mni refectionem non est adstrictus. Ut (1) si delinquentem  
 vivum exhibeat, isque solvendo sit, Bartol. in l. 1. §. famil.  
 ff. de public. l. cum exhibuisset. eod. Raphael. Cuman. in l. si post.  
 C. de assessor. Bald. consil. 203. n. 3. v. 1. & hoc etiam est, quia  
 magistratus tantum in subsidium tenetur, eo scil. casu, quo  
 nec delinquens exhibetur, nec solvendo est. r. r. ff. de magistr.  
 conven. Luc. de Curt. consil. 62. n. 17. v. 2. consil. crim. Nec est  
 electio hic damni passi, utrum Dominum, an deprædatorem  
 convenire velit, Panschm. in d. Resp. q. 1. post n. 244. in ista e-  
 nam electio non procedit, si quis in officio publico constitu-  
 tos convenire velit. Bartol. in d. l. 1. §. famil. ff. de public. Aug.  
 Beroue.

Beroue q. 30. n. 3. (2) Idem est, si à via solita descendat peregrinans in insolitam, tunc enim damna perpessa non relaxantur, Bart. in l. continuus. §. cum ita. n. 4. ff. de V.O. & l. cum proponas. n. 3. C. de naue. fenor. nec non in l. l. §. summa. ff. de his, qui deiec. vel effud. Genl. 2. Obs. 64. Jason. in l. i. n. 3. ff. si quis caut. nisi juxta Sixtin. de regal. c. 2. n. 40. via solita nimis prædationibus infecta foret; cum quo sentiant Greveus pract. concl. L. 2. cont. 64. n. 13. 14. 15. Franc. Viv. decisi. Neapol. 190. n. 3. Id quod etiam de Electoribus ad electionem Imperatoris proficiscentibus docent Arum. & Rum. ad A. Bull. Carol. IV. c. 1. §. 8. ut scilicet etiam viâ insolita uti possint, modò tamen id mature conducentibus indicaverint. Et Rhetor. Ruland. L. 7. c. 8. de commiss. hæc porrò ad legatos extendit, dicens, quod cum illi tuti sint, licet nullum petierint salvum conductum, quia eorum securitas non ab unius, sed omnium hominum communī Jure dependet, c. 3. Genitum. q. d. 1. l. 8. pr. & §. 1. ff. de R. D. l. f. ff. de legation. ideo etiam ipsi salvi futuri & peregrinaturi sint, etiam si viâ insvetâ utantur. Quæ tamen opinio adeò generaliter non admitti poterit, uti in confliktu dicemus. vid. Magnif. Dr. Struv. in praedict. publ. ad Cod. rit. de mand. princip. quæst. un. Hug. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 18. §. 1. 2. & seqq. Da. Conring. diss. de legat. Junge his Excell. Dn. Strauch. D. Exot. 6. §. 7. & legg. (3) Adidunt nonnulli, quod è quoque casu Dominus à præstatione damni tutus sit, si spoliatus olim deprædatorem inuriâ aliquâ gravi afficerit, Marian. Socin. consil. 68. n. 147. Goeden. consil. 102. n. 33. Gramm. decisi. 71. n. 16. Bartol. in l. i. §. in summa ff. de his, qui deiec. vel effud. Bald. in l. cum proponas. n. 1. de naue. fenor. Alex. consil. 84. Roman. singul. 29. Afflict. decisi. 177. n. 3. Proß. Caravirt. 116. n. 16. tom. 2. Gujd. Pap. decisi. 34. Franc. Marc. dec. 359. p. I. Bursar. consil. 138. n. 64. Emanuel Suarez. in recepte. Sent. verb. repressalia. num. 52. Sed an (salyo



(salvō tamen tot atque tantorum virorum judiciō) pro contraria sententia quid valeamus, datā occasione, ostendemus.

§. 7. Quomodo autem lēsio probanda & damnum liquidandum sit, non satis constat inter DD. Putant etenim nonnulli, probationem simpliciter per juramentum fieri debere, Corn. consil. 118. n. 7. v. 4. Bald. consil. 80. n. 3. Fulgos. ad l. cum fucris. ff. de in lit. surand. Specul. in tit. de furt. §. I. Alii per testes damnum datum probari volunt, Jason. in l. si quando. C. unde vi. Job. Andr. in add. ad Specul. in r. de rapt. circas. Felin. in c. si autem de rescript. Cottain memorab. Plot. intract. de in lit. jur. §. 50. n. 29. Bartol. in l. I. §. I. ff. furs. adv. naur. caup. stab. & in l. semper. §. ex hoc. ff. quod vi aue clam. l. si quando. C. unde vi. Bald. in c. conventicula de pac. jur. firm. Boer. de regal. c. 2. n. 160. Matth. Afflīct. in §. illicitas. de pac. iur. firm. Panorm. & alii CC. in c. I. de restit. spoli. & inc. f. quod met. caus. Maul. de Salv. conf. Hippol. de Marib. de question. Augusti. in add. ad Angel. de malefic. n. 16. Dec. consil. 410. n. 13. & consil. 83. Beuct. de iur. n. 170. Cravet. consil. 166. qui addit, quod hæc probatio etiam per testes familiares & socios ex specialitate aliqua fieri posuit.

§. 8. Actiones quod attinet, datur adversus conductem, qui rectigal acceptavit, actio præscriptis verbis ex do ut facias; Pansibm. in resp. de expugn. adium. q. I. Si autem nil fuerit solutum pro conductu, actionem in factum dari, dicunt Gomez. L. 2. c. II. var. resol. Wesenb. ad ff. naut. caup. stabul. Schneidv. §. f. 1st. de O. que ex gs. del. nafc. Sic etiam adversus ipsos lēdentes competit aliquando actio injuria rum ex L. Aquilia, vibonor. raptor. ex L. Jul. de vi publ. & priv. L. Corn de Sicar. nec non condicō ex Lege vel moribus, quando lege vel consuetudine certa poena in violatores est determinata.



§. 9. Quemadmodum autem Dominus ex Salvo conductus concesione obligatur; uti supra diximus, ita quoque is, qui salvum conductum impetravit se modeste, pacifice ac decenter exhibere deberet, vid. quae in cap. 7. §. f. apposuitur.

§. 10. Plures effectus salvi conductus in praesenti adducere haut placet, poterunt enim illi vel ex haec eius dictis facile colligi, aut tamen ex allegatis authoribus peti; sed pergitus ad.

## CAPUT IX.

### Affinia salti conductus propinans:

§. 1.

Dantur nonnulla, quæ ad securitatem & salvum conductum præstandum, atque eo facilius conservandum faciunt, & eatenus adhuc in prælentiарum recensenda veniunt;

§. 2. Affine autem ex aliis salvo conductui est jus in-dagandi, persequendi & conquirendi infestatores viarum, maris ac fluminum, l. 13. ff. de off. præsid. Quem in finem aliquid integrum aluntur agmina, quæ excurrere solent, ut latrones & deprædatores conquirant, & vocantur streifsende Rotten / Ausläuf Schiffe / Mizul. et Beche, de Salv. conduct. & secur. R. A. de anno 1548. s. ferner, & de anno 1555. s. nachdem aber, & ibi: wo auch im H. Reich. &c. vid. Hordleder, t. 5. n. 9. ibi: es ist die Gewohnheit &c.

§. 3. Huc pertinet das Recht Geleids Ordnungen zu publicieren / und Verordnung zu thun / wie es im Lande wegen rein und sicherhaltung der Straßen zu halten / als v. g. daß wenn jemand auf der Straßen angegriffen und beschädigt worden / im nächsten Ohrte an die Glocken geschlagen werde / damit die Benachbarten dem delinquenten mit nachsezzen. R. A. de anno 1548. s. ferner. & de anno 1559. s. wo ferne aber.

§. 4.

§. 4. Cumque sine punitione facinorosorum salvus conductus ferè consistere nequeat, consequens est, ut potestas animadvertendi in facinorosos ipsi affinis sit.

§. 5. Ubí obiter annotamus illam controversiam, quando quæ ritur, ad quem nam pertineat cognitio & coercitio criminis admissi in via publica, in qua princeps quispiam ius salvi conductus habet, alius vero circumcircum omnimodam Jurisdictionem, alle hohe und niedre gerichtliche Obrigkeit. Ultraque sanè sententia & rationibus, & auctoritatibus, nititur. Nos citra ullius partis præjudicium, distinguimus, ut si maleficium in ipso actu conductus commisum facerit, ejus cognitio ac coercitio pertineat ad Dominum conduceantem; sin minus, ad magistratum ibidem meum & mixtum imperium circumquaque habentem. Id quod etiam sentire videntur Rur. ad A. Bull. d. 2. Maul. de salu. cond. Bidembach. quest. nobil. 12. n. 4. qui quest. 7. num. 5. monet, imprimis hucusum & consuetudinem observandam esse, cum sepe Juri scripto deroget. Pertinet huc questio: an si princeps concedat castrum cum suo territorio & omnimoda Jurisdictione, vel si civitati omnimoda Jurisdictione concedatur in certo districtu territorii, hoc ipso concessa censeatur jurisdictione in via publica. Id quod negamus. Videri potest Dn. Carpz. prax. crim. p. 3. q. 10. n. 41. Dn. Brunnenman. proc. inquisit. c. 3. n. 20. Nobiliss. Dn. Scrut. S. J. F. c. 6. §. 23.

§. 6. Magnam quoque affinitatem cum hoc salvo conductu habet salvus conductus ad judicium, de quo videre est Felin. in tit. de treug & pac. Zafius consil. 14. & 15. L. I. Menoch. de arbit. iud. quest. cas. 336. & 338. Wesenb. ad ff. qui satis d. cog. n. 4. Prosp. Farinat. quest. crim. 29. n. 53. & 54. Ant. Hering. de fidei usf. c. 18. n. 48. & alii.

§. 7. Facit huc quoque jus Salvoguardie, Menoch. consil. 29. n. 23. Job. à Plat. Jason. Cognol. & alii. & salvus conductus



Etus ille, quem magistratus militaris aliquando suis militibus concedit, ut videlicet ad tempus certum castra relinquere posint, Reuterbestall. art. 65. nonnunquam autem hostibus praestat et pugnatis, & quos obsecros tenet. vid. Hug. Grot. L. 3. de J. B. & P. c. 22.

§. 8. Affinis etiam est salvus conductus, quem Creditores debitoribus suis, qui in carcerem conjici poterant, concedunt, vel in totum, vel ad tempus, de quo vide Dn. Carpz. in asyl. debit. Stephan. Nathan. in tr. de Justitia vulnerata. P. I. r. 6. c. 6.

§. 9. Sunt & alia adhuc nonnulla jura, quæ non adeò remotam cum hoc nostro salvo conductu cognitionem habent, verum sufficient nobis jam allegata. Plura desiderantem informare poterunt LL. Civiles, Aurea Bulla & Reces-sus imperii, unà cum Magnif. Dn. Struv. in S. f. F. c. 6. Excell. Dn. Strauch. Exere. Exor. 6. Dn. Conring. diff. de legation. Bozer. de regal. c. 1. & 3. Dn. Carpz. de regal. Schurff. cent. 3. consil. 156. Förster. in prot. t. 15. Sixtin. de regal. c. 3. Sichard. consil. 21. v. 1. Schepliz. ad Consuet. March. p. 7. t. 5. Rauchbär. I. q. 22. Hering. de molend. q. 9. Schneiduv. de fendl. p. 2 &c.

## CAPUT X.

### Contraria Salvi conductus docens.

§. 1.

Juri Salvi conductus in primis contrariari putamus illius admissionem.

§. 2. Cessat autem & desinit salvus conductus cessante causâ, ob quam jus hoc fuit concessum, c. cum cessante. X. de appellat. I. C. de cond. ob causâ. Tertia. 87. §. usuras. ff. de leg. 2. modò illa causa fuerit vel finalis tantum, vel finalis & impulsive simul. Rauchb. q. II. n. 85. Nicol. Everh. in topic. leg. Sixtin. de regal. c. 6. n. 1. Einstl. c. f. n. 112. Enenckel. de privileg. L. 3. c. I. n. 6. de prævul. milite. L. I. c. 6. n. 4.

§. 3.

§. 3. Revocatione porrò principis concedentis, vel ejus successoris, finitur quoque jus salvi conductus, modò tamen causa subsit justa atque sufficiens, ne princeps levitatis & inconstanzia arguatur, c. 1. in 6. de concess. proben. c. alma maior. de sent. excom. in 6. Enenck. d. l. L. 3. c. 6. & 7. Einsid. d. l. n. 115. & 118.

§. 4. Ulterius Renunciatione Dominum jus salvi conductus à se abdicare posse, docent Carol. Tap. per l.f.C. de paci. Ruland. de comissar. p. 4. L. 2. c. 4. n. 142. Sixtin. de regal. c. 6. n. 29. Menoch. L. 6. præsumt. 41. per l. 1. S. assignat. ff. de assign. libert. l. si quis in conscribendo. C. de paci. c. nonnulli. de rescript. c. rescript. c. exere. §. quia v. X. de his, qua fiunt à maj. part. cap.

§. 5. Si occasio utendi fuerit oblata, & quis non usus fuerit jure salvi conductus, illud amitti volunt per l. 1. ff. de nundin. Claud. ad d. l. n. 109. Ant. de Padiglia in l. falso. n. 4. C. de div. rescript. Felin. in e. cum accessissent. n. 25. de constit. Menoch. de præsumt. L. 6. præsumt. 41. n. 16.

§. 6. Abusus etiam hoc jus extingui, patet ex l.f.C. de bon. qualib. in pot. constit. §. dominor. Inst. de his, qui sui vel al. jur. l. 2. ff. cod. l. un. C. de emend. serv. l. 2. C. de privil. Scholar. l. 39. C. de decur. c. ut privilegia. & c. tuarum. de privileg. R. Q. de anno 1559. §. Ferner. & de anno 1576. S. da aber. Geil. de P. P. L. 1. c. 2. n. 22. Coler. de prot. Exec. P. 2. r. 3. n. 133. Myns. J. O. S. Bocer. de Jurisdic. c. f. n. 4. Treut. v. 1. D. 3. §. 12.

§. 7. Ob delictum grave & enorme contra principem commissum, jus conducendi amitti, ostendunt per l. 1. ff. de bon. damn. & r. t. C. cod. A. Bull. Carol. IV. t. 24. Bocer. de regal. nec non de crim. laes. maj. c. 23. Sixtin. de regal c. 6. n. 39. Jason. consil. 227. Bald. in l. 2. in f. C. de libert. & eor. lib. Quale in specie est crimen laesa maiestatis, & illud, cuius in R. Q. de anno 1555. S. Wit sezzien / ordnen. mentio sit, quando scili-

et collectio illicita & convocatio fit militum: hæc enim sub poena amisionis omnium regalium ac privilegiorum prohibetur. Vide etiam Reform. imper. Frid. III. quæ extat apud Goldast. p. 1. f. 167. in declarat. art. 12. ubi omnes confœderationes illicitæ sub poena privationis regalium ac privilegiorum interdicuntur.

§. 8. Ob ignorantiam ingentem atque supinam, cumque detimento proficiscentium conjunctam, privari conductem suò jure salvi conductus, ostendunt Prückm. de regal. c. 6. n. 31. Einsid. de regal. n. 134. Sixtin. de regal. n. 40. c. 6. Castren. in repet. l. ex hoc jure. n. 18. ff. de J. & J. Mans. respons. 19. n. 60.

§. 9. Quod si ad tempus vel sub conditione alicui salvus conductus fuerit concessus, elapsò tempore, & existente conditione, ipsum etiam salvum conductum desinere, nemo negabit. arg. l. quoties. C. de prec. imper. rffer. c. ne pro. de Elect. Bald. Salicer. & Jason. in auctib. quæ supplicatio. C. de prec. imp. off. Enenkel. de privil. mil. L. 3. c. II. n. 13. Dom. Arum. p. 1. dec. 2. Einsid. de regal. n. 114. Sixtin. de regal. n. 40. Idemque obtinet, si clausula adjecta fuerit, pro benefacito salvum conductum revocandi Geil. 2. O. 60.

§. 10. Et hactenus dicti modi amittendi in primis eō causobinent, quando ex privilegio quis jure conducti gaudet. Quod si vero per investituram alicui jus illud fuerit concessum, amittitur hoc non modo refutatione territori seu feudi, c. un. de vasall. decrep. at. qui feud. refut. sed & a missione territorii, arg. l. si usus fr. ff. quib. mod. usus fr. amitt. l. cognitionum. §. consumitur. ff. de var. & extraord. cognit. Bel- lön. consil. I. n. 8. Prückman. de reg. t. 6. n. 17. Geil. 2. O. 61. n. 1. de P. P. c. 9. n. 30. L. 2. Sixtin. de Regalib. num. 45. & omnibus aliis modis, quibus alias jure feudali Vasallus feudò privari solet, vide Einsid. de regal. num. 109. & 136. Sixtin. de regal. n. 67. c. 6.

§. 11.

§. ii. Licet autem regalia, & inter illa jus quoque  
conducendi, per præscriptionem legitimam acquisita, non  
facile iterum alicui adimantur, sunt tamen nihilominus  
modi quidem, quibus eorum exercitum extinguitur, ut fi-  
eri, imprimis solet propter eorum abusum nimium, crimen  
laſe maiestatis, & sententiam ex justis causis desperata latam,  
&c. *Einsidel de regal. in f. Sixtin. de regal. c. 6. in fin.*

§. 12. Contrariatur ulterius salvi conductus præsta-  
tioni, si ille, cui is conceditur & præstatur, non servatur in-  
demnis. *Prückm. de regal. c. 4. m. 2. eff. 5.* nec non ubi is, qui  
petit salvum conductum, vestigal solvere detrectat, aut a-  
llias se illicite & indignè erga conductentem gerit, & si  
qui alii modi sunt salvi conductus præstati contrarian-  
tes, quos omnes atq; singulos nunc apponere angustia tem-  
poris prohibet. Subsistit itaque hic, filumque abrumpo, rogi-  
tans, ut B. L. sicubi forte ipsius expectationi per omnia non  
satisfactum fuerit, illa partim difficultati materiæ, partim  
vero ingenii exiguitati, & imbecillitatî, qua naturali-  
ter hominibus inesse solet, adscribere velit.

Interim

D'EO

Ter Optimo, Terque Maximo  
sit

Laus & Gloria!

*Decas Corollariorum.*

1. Principes justis de causis venationes subditis ademerunt.
2. Vasallus ex parte testatus, ex parte intestatus decedere  
potest.
3. Poenam contumaciz non incurrit, qui citatus ad compa-  
rendum summô diei mane, zu rechter früher Tagezeit/  
à meridie demum in judicio se sistit.

4. Mari-



- 3
4. Maritus uxorem in adulterio deprehensam non impunē occidit.
  5. Haut deneganda est receptio in collegium opificum filiis lictorum.
  6. Jussus numerare alicui pecuniam solitō tempore in nundinis Lipsiensibus, videtur mandato satis fecisse, si pri-mā vel secundā nundinarum die solverit.
  7. Cognomen ac dignitatē mariti defuncti non amittit vidua, quæ luxuriosè vivit, & ex stupro sē imprægnari patitur.
  8. Si vetula juvenem in capro sibi adveli curaverit, fastigia-tione punienda.
  9. Actione injuriarum conveniti nequit, qui falsò criminis inculpatus, in injuriantem retorquet mendacium his verbis: du leugst dieses als ein Schelm und Stras-senräuber.
  10. Contra parentes quoque injurias retorquere licet.
- 

\*\*\*

**C**onductum fistis *salvum* conamine doctō,  
Conductum *salvum* præstet amanda The-mis:

Te dum *defendis*, vocem Facundia mittet,  
Atque locō poenæ munia digna dabit.

*Hicce Domino Inquilino suo  
gratulatur*  
**NICOLAUS MICHAEL Himmel/D.**



**ULB Halle**  
004 369 351

3





F

TA70

V817







Q. D. B. V! 742  
DISPUTATIO JURIDICA 1669, 19  
DE

# REGALI SAL VI CONDUCTUS,

*Quam*  
Permissu & Autorit te Magnifici,  
Nobilissimi & Amplissimi JCtorum Ordinis in Illu-  
stri & Florentissima SALANA,  
**PRÆSIDE**  
**VIRO**  
Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo,  
**DOMINO**  
**PETRO PANCRATIO Krauß/**  
J. U. D. LONGE FAMIGERATISSIMO ET P. T.  
Curiæ Provincialis Saxonicæ Jenensis  
Advocato Ordinario,  
Dn. Patrono atq; Præceptore suo  
omni obſervantiæ cultu devenerando,  
*Publica Eruditorum censura subicit*  
**HEINRICUS Wernhöfer/**  
**COBURG. FRANC.**  
Autor-Respondens,  
In Auditorio JCtorum, horis consuetis,  
*Ad diem Septembr. M. DC. LXIX.*  
JENÆ, Literis Bauhoferianis.

